



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 7. Auaritiam fugiant Sacerdotes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

Origenes, qui longo ante alios vixit tempore, non procul ab hac Ambrosij opinione recessit. ait enim, *Omnia ad eundem honorem Ecclesiastici abscinderetur ambitio, si se iudicandos potius quam iudicatos, hi qui presseverant populis, cogitarent, &c.* Dicere mea quidem sententia volebat, Sacerdotem si ob oculos rationem, quam coram Deo eorum quos curæ suæ commissos habet, reddere aliquando debet, haberet, ambitionem procul à se eliminaturum, alijsque imperare detrectaturum.

Quomodo ambitio ab Ecclesia proscribi queat.
In Epist. ad Rom.

CAPVT VII.

Auaritiam fugiant Sacerdotes.

MOSE S magistratus stabiliturus, & Iudices ad populum regendum electurus qui ius illis administrarent, à Iethro socero audiuit, *proinde autem de omni plebe, viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.* Sacerdotes à Deo electi sunt vt præsidēs & Iudices populi sint, ideoque sapientes sint oportet, Deum merentur, veritatē amplectantur & auaritiā fugiant.

Sacerdotes populi Iudices.
Exod. 18.

Giezi Elizæi puer, sed auaritia æstuans, quod munera præter Domini voluntatem à Naamano accepisset, lepra in peccati castigationem percussus fuit, & omnis illius posteritas, *sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo usque in sempiternum.* Sacerdotes auari noui quidam Giezi sunt, qui cum hoc vitio se inquinant, à summo illo magistro maledici merentur, & à domo eius, quæ est Ecclesia, excludi & proscribi.

Sacerdotes auari Giezi similes.
2. Reg. 4.

Perfidus

Perfidus Iudas in Apostolorum contubernio, quod oculos seruasset, & auaritiæ studuisset, Iudæ aua-
 grauiſſimum & enormiſſimum ſcelus admittit, ritia.
 quo nullum quis vnquam maius & dirius com- Ioan. 13.
 miſit, atque ita ſe ſimul & animam perdidit,
Quia oculos habebat Iudas. Notatu digniſſimum
 exemplum inter Sacerdotes & præſules, illos
 in præſentiſſimo perditionis & damnationis a-
 nimæ periculo verſari, qui aurum coaceruare
 ſatagunt, & auaritiæ oculos ambiunt, ac sæpe
 numero in grauiſſima delicta incidere.

Matth. 17.

In mari Capharnaum primus qui à Petro ca-
 ptus fuit piſcis, fuit is qui ſtaterẽ ore præferret, Auari pri-
Vade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem qui mo in mû-
primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies di huius
ſtaterem. Nefcio quo augurio & caſu fiat, vt in mari illa-
 mundi huius mari, in quo Satan piſcator eſt, queantur.
 primi qui capiuntur & illaqueentur, & præſer-
 tim inter Sacerdotes, illi ſint, qui aurum ore præ-
 ferunt, non niſi aurum crepant, & auaritia in-
 fames ſunt.

Condem-
 natio A-
 chan alle-
 goricè ex-
 poſita.

Achan filius Charmi, auaritiæ æſtro ſtimu-
 lacus, cum in excidio & expilatione Ierichun-
 tina ducentos auri ſiclos, & virgulam auream
 quinquaginta ſiclis æſtimatam clanculò, in iuſ-
 ſu Dei, ſurripuiſſet, eamque prædam in Hebræ-
 orum caſtra conduxiffet, viuus lapidibus obru-
 tus fuit, & omnes eius facultates flammis tradi-
 ta, loſue ita fieri imperante: *Lapidauitq; eum*
omnis Iſrael, & cuncta quæ illius erant igne con-
ſumpta ſunt, &c. In mundi huius caſtris, Sacer-
 dotes Chriſti milites, cum in hoc mundo ſpo-
 lia congerunt, & auaritiæ ſtudent, aurumque
 & argentum (proh infelix præda!) in Eccleſiæ
 caſtra conuehunt, metuât oportet; ne aliquan-

do à DEO, qui dux & caput illorum, condemnentur, & viui tartareis ignibus adimcentur.

Ezech. 8. Inter eas quas Ezechiel Propheta visiones & abominaciones vidit, vidisse se ait idolum in templo foribus collocatum, *Iuxta ostium inter-* dolo Eze- *us, quod respiciebat ad aquilonem, ubi erat statu-* chielis per- *tum idolum.* Auaritiæ imago erat idolum hoc, & similis. *fanè non minima abominatio est, quando peccatum hoc in Ecclesiæ introitu & vestibulo, id est in Sacerdotibus conspicitur.*

Matth. 24. Christus in Euangelio de supremo iudicij die, de mundi interitu, de diuinis furoribus signisque primis loquens ait, tunc illa omnia euentura, cum abominatio desolationis, quam Daniel vaticinando prædixerat, in loco sancto conspiceretur, *Cum ergo videritis abominationem desolationis, qua dicta est à Daniel Propheta, stantem in loco sancto.* Tunc verò abominatio in loco sancto conspicitur, cum avaritia in Ecclesia, in altaribus, & in medio Sacerdotum locum occuparit, atque hoc certissimum aduentus Iesu Christi ad iudicium, ac desolationis mundi testimonium.

1. Reg. 8. De Samuelis filiis ex postulâs Deus, quos Iudices populi constituerat, imprimis deplorat, *quod à tã probi & egregij patris vestigijs degenerarêt, avaritiæq; studerêt, Et non ambulauerunt filij illius in viis eius, sed declinauerunt post avaritiam.* Indignatur & irascitur Deus, cum Ecclesiæ suæ Sacerdotes, quos Iudices populi constituit, virtutem negligunt, & illius mandata violant, sed præsertim, cum post avaritiam abeunt.

David

David Deum assidue orabat, vt in testimoni-
orum suorum obseruatione se stabiliret, & ab *psal. 118.*
auaritia custodiret, *Inclina cor meum Deus in te-
stimoniatua, & non in auaritiam.* Sacerdotes, qui
regia quædam propago sunt, & principes qui-
dam in hoc mundo, idem omnino par est face-
re, & Deum orare, cor suum vt occupet, vo-
luntates dirigat, & à tetra hoc vicio defen-
dat.

In Salomonis prouerbiis dicitur, *Conturbat* *Auaritia*
domum suam, qui sectatur auaritiam. Sacerdos *omnia in*
profecto, qui auaritia pollutus est, omnia in *Ecclesia*
Dei Ecclesia perturbat, diuinum cultum im- *perdit.*
pedit, & vniuersæ Ecclesiæ statum peruer- *Pror. 15.*
nit.

In Ecclesiastico scriptum est, auaro nihil *Ecl. 10.*
esse sceleratius, nihilque hoc in mundo deterius
haberi posse, quàm animam huic deditam vicio.
Constat enim, nihil in Ecclesia peius & deterius
posse reperiri, quàm Sacerdotem auarum, at-
que auri cupiditate incensum.

Magnus Propheta Elias Hierosolymitanus *Isa. 56.*
minas diuinas intentans, eorumque futuram
calamitatem prælagiens, Sacerdotum ignorantia
& auaritiæ illud ipsum ascribit, *Ipsè pastores.*
ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam suam
declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam su-
am. Res notatu dignissima, Prælatorum i-
gnorantiam & Sacerdotum auaritiæ sæpe-
numero vniuersi populi ruinæ causam exi-
stere.

Ieremias Israelitarum peccata etiam coar- *Ier. 6. 6.*
guens, auaritiæ & dolum Sacerdotum inter
cetera ponit, *à minore vsque ad maiorem, em-*

nes avaritia student, & à Prophetis vsque ad Sacerdotem omnes faciunt dolum. Inter populi peccata, Ecclesiasticorum cæteris grauiora sunt, & magis abominanda, & avaritia imprimis.

Luc. 12.
Christus avaritiam fugillauit.

Christus qui hunc in mundum ad peccata uellenda, & virtutem plantandam uenit, avaritiam præ aliis peccatis fugillauit, Apostolosque hoc ut vitium fugerent, sæpius exhortatus: *Cauete ab omni avaritia.* Quod tū Apostolis, successoribus illorum, Sacerdotibus inquam, & Episcopis etiam num dicitur, ipsisque iniunctum ab omni avaritia procul recedere.

1. Cor. 6.
Auari cælo excludendi.

Paulus Cælo excludendorum catalogum tenēs, auaros primo loco collocat, *neq. fures, neq. auari, neque ebriosi, neque maledici regnū Dei possidebunt.* O Triste nūtiū! Hinc igitur colligitur, Sacerdotes auaros, cælo perpetuò exclusos, penis tandem perpetuis mancipandos.

Ephes. 5.

Idem quoque Ephesios ad virtutum studium, & vitiorum fugam adhortatus, avaritiam, quæ idolorum quædam seruitus, & fornicatione ut fugerent, consuluit, *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos.* Quod Apostolus Ephesios, ipse de omnibus in genere Sacerdotibus dico, ipsosque exhortor, ut duo imprimis vitia fugiant, fornicationem scilicet & avaritiam, imò ne nominari quidem inter eos uelim, ut Animas sanctas decet.

Sacerdos auarus & vsuris infamis degradari meretur.

Cōt. Eliber. diff. 47. c. eod.

Concilium quoddam decernit, omnem Sacerdotem avaritia & vsuris infamem degradandum, & Sacramentorum communionem priuandum, donec tandem delicti pœnitentiam agat, *Si quis clericorum vsuras detectus fuerit accipere,* placuit

placuit degradari, & abstinere à Sacramentis,
quousq; pœniteat.

Can. 44.

Apoitolicus quoque Canon ait, Presbyter aut
diaconus vsuras à debitoribus exigens aut desinat,
aut certe damnatur. Decreto huic & constitutio-
ni Apostolicæ insistens, dico, vos, Sacerdotes,
qui vsurarij estis, & non nisi auro inhiatis, hoc
in mundo condemnari, & in altero perpetuis
supplicijs mancipari merere.

CAPVT VIII.

Sacerdotes superbiam fugiant & arrogantiam.

Iner prouerbia Salomonis scriptum est, *Prou. 16.*
Abominatio Domini est omnis arrogans. Pro-
uerbij huius veritatem ostensurus, credide-
rim Sacerdotem superbum & inflatum abomi-
nationem coram Deo esse, illiusque maiestati
summo perè displicere.

In die honoris, ait idem Sapiens, *ne extollaris.*
Consilium diuinum atque à sancto Spiritu pro-
fectum, & Sacerdotibus datum, ne scilicet in
die honoris, id est, cum ad summas dignita-
tes euehantur, & ad amplissimos in Ecclesia
honores promouentur, turgeant & insole-
scant.

Rectorem te posuerunt! noli extolli; esto in illis
quasi vnus ex illis, idem dicit Sapiens. Verum *Eccl. 32.*
hic docentur Sacerdotes, cum ad dignitates su-
blimantur, & rectores & pastores Ecclesiarum
constituuntur, insolescere, inflari, aut sese ex-
tollere non debere, at ita sapienter & pruden-

Cc 25

ter vi-